

MAGNIFICO ET NOBILI VIRO, D.

VIGVLEO HVNDIO, I. V. D. CLARISS: ET ILLUSTRIS: POTENTISSIMIQ;
Principis ALBERTI, Comitis Palatini Rheni, ac vtriusq; Bauariæ Ducis etc. Consiliario
meritissimo, Domino ac Patrono suo plurimum colendo.



Votiescunq; mecum expendo, Magnifice Domine Cōsiliarie, rationes eorum, qui FF. sanctam maiestatem eleuare conantur, reperio quod illi ceteris ualidior ariete murum pulsauisse uideri uolūt, qui *αυτινομίας*, seu LL. contrarietates urgent: quorum nonnulli haud aliter quam hœdi petulci, uel tauri scœnum gestantes in cornu, etiam illos petunt, quorum uel solo nominum splendore cohiberi debebant. Placabiliores uero sunt, qui Triboniano & alijs ob id detrahunt, quod LL. confusæ, accisæ, & infandum in modum mutilatæ, nihilq; minus quàm digestæ, uel in iustū ordinem adductæ uidentur: Postea enim quàm doctissimorum hominū industria proditum est, unde tanta LL. confusio appareat, ut quod nonnunquam refertur in fine alicuius tituli, hoc principio magis conuenire uideatur, & contra, non possunt dif-
fiteri, per esse temerarium, admouere manus operi tantorum artificum. Et quibus legum sanctionumq; multitudo improbatur, non grauetè por-
rigent herbam, (credo) si decursionem, & humanæ naturæ uarietatem penitus introspexerint, quam paulatim curatione indigentem, non aliter
sanitati restitui posse depræhendent, nisi etiam corrigantur quæ particulariter ei resistunt: quorum uarietas & multitudo, quid quæso potuit aliud,
quam tot sanctionum *χιλιάδας* parere? cum certum sit, hoc iura præstare negocijs, quod medicamenta morbis. Conatus aut illorum, qui leges cre-
pant usque adeo aliquando inter se pugnare, ut eas non citius, quam contradictoria duo conciliari posse, in solenter iactitent, quandoquidem non
melius eludi potest, quam si singula, quæ prima fronte pugnantia uidebantur, studiosè ad trutinam non popularem quandam examinemus
(quod nunquam ferè diligentius fieri solet quàm in scholasticis concertationibus) credidi me facturum operæ precium, si ex materia L. Cor: d: Si
car: aliquot conclusiones Doctis: Iuris studiosis, discutiendas proponerem, atq; ita quasi exemplo demonstrarem, quàm non uulgaris eorum sit
uanitas, qui hanc ob causam de manibus eorum qui FF. compilauerunt, tam grauitè conqueruntur. At quoniam uereor Magnifice Domine
Consiliarie, ne fortasse querulos huiusmodi parum æquos experiar, Idcirco subiectas conclusiones V. M. (cuius patrocinio non solum huiusmo-
di Iuris exercitia, sed & cætera totius uniuersitatis studia uigent) in scripsi, quarum tutelam ac patrocinium ut V. M. suscipere dignetur, flagran-
tissime ac reuerenter cupio. Vale. Ingolstadt tertio Kal: Nouemb: Anno 1567.

V. M. semper addictis:

Iohannes Richardus ab Ofs.

Diuino implorato auxilio, Annuentibus clariss: & excellentiss: uiris, Decano, cæterisq; facultatis Iuridicæ Professoribus consultiss: Præside
Raphaële Ninguarda, I. V. D. ac Institutionum Professore ordinario, subsequentes Conclusiones defendere conabitur I. R. O. Belga.

DISPUTATIO LEGIS COR: DE SICARIIS.

I.

Quandoquidem disputatio præsens de omni specie homicidij futura est, putamus quoq; di-
sputatione dignum esse: An homicidium sit crimen adulterio grauius, an uero contra,
Nos homicidium grauius esse defendemus.

2. Definimus autem HOMICIDIUM. Cædem hominis ab homine perpetratam.
3. Atq; illud in species sex, Legitimum scilicet, Casuale, Culposum, Voluntarium simplex, Do-
losum, & Proditorium, rectè diuidi posse arbitramur.
4. Est autem LEGITIMUM Cædes hominis, iubente uel permittente lege perpetrata.
5. Idq; nullam pœnam mereri, rectè constitutum est.
6. Quis enim uel publ: uindictæ executorem, uel alium qui furem nocturnum, cui parcere sine
suo periculo non potuit, uel diurnum qui se telo defendit, uel maritum qui de nocte uilem adulterum
deprehensum, occidit, punibilem esse dixerit?
7. Vel quis patrem damnabit, qui filiam suam cum adultero, in ipsa turpitudine, domi suæ uel
generi, deprehensam occidit?
8. Quis eum qui hostem publicum ciuitatis, uel uirtute statuti bannitum, uel (cum alia ratione
salutem suam commode tueri non possit) aggressorem suum occidit, non excusabit?
9. Pari ratione, quis dixerit pudicitie suæ attentatorem occidere, non esse permissum?
10. Imo & eum, qui in ludo, seu aliquo certaminis genere, a certæ ciuitatis, uel Reipublicæ con-
suetudine recepto, homicidium fecit, nulla pœna teneri affirmamus.
11. Illius uero, qui in duello siue monomachia hominem cædit, alia ratio est: licet enim praua
consuetudo ipsum ferat, merito tamen omni iure exosus est. (cum negamus.)
12. Caterum quod supra de marito adulterū occidente diximus, id in concubinario habere lo-
13. CASUALE homicidium illud est, quod casu perpetratur, neq; uoluntate, neq; etiam culpa
14. Quamobrem etiam hoc puniri non debere, asserimus. (interueniente.)
15. Hinc infanem, Dormientem, & Furiosum excusamus.
16. Ebrium tamen credimus (licet furioso æquiparari soleat) nõ omnino impune esse debere.
17. CULPOSUM id esse dicimus, quod non uoluntate, sed culpa comingit.
18. Eiusq; due sunt species. Vna scilicet, cum quis dans operam rei licitæ casu aliquo hominem
cædit, culpa casum præcedente.
19. Altera uero cum dans operam rei illicitæ, casu hominem cædit.
20. E quibus illum leuius puniri, hunc uerò grauius, non est iniquum.
21. Atq; ita Iudicem, qui per imperitiam, quem non debuerat, morti adiudicauit: extra or-
dinem puniendum esse putamus.
22. Sin autem dolose gratia scilicet, uel pecunia corruptus, id fecerit, confiscatis bonis omnia
bus in exilium esse mittendum.
23. Pariter adolescentem, qui socium, quo cum gladio ludebat ancipiti, licet præter intentio-
nem occidit: aliquo modo puniendum esse defendemus.
24. An autem Nobilis qui mandauit Rusticum sustibus cædi, si Rusticus (quia mandatarij
modum excefferunt, uel qui a imbecillior fuit, quàm ut uerbera sustinere potuerit) è uita excessit, L.
Cor: teneatur, disputari solet: nos illum non teneri, uerius de iure arbitramur.
25. VOLUNTARIUM SIMPLEX (seu PURVM ut alias uocant) est, quod a
prouocato perpetratur, uoluntari: quidem, sed nullo tractatu præcedente.

26. Atq; illud arbitrio Iudicis non tamen morte puniendum esse affirmamus.
27. Vnde L. Cor: eum non teneri arbitramur, qui alterū occidit, a quo sibi conuictū dicebatur.
28. An uero qui capitalem inimicum suum occidit, licet leuiter prouocatus id fecerit, L. Cor:
teneatur? quæstio est lubrica, Nos eum iuxta L. Cor: puniendum esse iudicamus.
29. Et eum qui summa egestate laborans, uiatorem occidit, ut ipsum pecunia exuat, (licet causa
sa uideatur magna) non tamen excusari asserimus.
30. DOLOSVM est quod fit cum intentione & proposito hominis necandi.
31. Idq; ordinaria L. Cor: pœna uindicatur.
32. Nam si persona uilis fuerit, morte: si uerò Nobilis deportatione punitur.
33. Dolus autem ipse ex multis quidem, præcipuè tamen his signis colligi potest, Inimicitia sci-
licet præcedente, Improbitate personæ seu consuetudine delinquendi, qualitate armorum, & loco
uulneris.
34. An tamen locus uulneris, magis quàm armorum qualitas attendi debeat, interdum quæria-
tur, Idq; si nobis contigerit, sub distinctione respondebimus.
35. PRODITORIUM est cædes hominis nihil tale suspicantis, contra fidem datam, per
insidias perpetrata.
36. Idq; grauius quam dolosum puniri, explorati iuris est.
37. Dicimus quoq; proditores LL. ad eò inuisos esse, ut nullo Iuris beneficio gaudeant.
38. Ad eò ut ab Ecclesia, si eo confugerint, extrahi possint.
39. Et quod amplius est, licet defensio nulli sit deneganda, (sed rei excusatio in iudicio audi-
enda) tamen si de prodicione constiterit, nullam proditori defensionem concedi debere putamus.
40. Pariter, quamuis Nobilis regulariter furca non punitur, si tamen proditor fuerit, iure
ipsum suspendi posse arbitramur.

IMPERTINENTES CONCLUSIONES.

I.

- D**ominium, non tantum in rebus corporeis, sed etiam incorporalibus, uerè ac propriè, locum
habere, contra receptam DD. sententiam defendemus.
2. Viduam propter siuprum, dote priuari non debere, uerius esse de iure, sustinebimus.
 3. Raptorem etiam furti manifesti actione teneri, planum faciemus.
 4. Promissionem factam præsentis & tacenti, pactum non esse ostendemus.

Disputabuntur hæ Theses, (faudente Deo) proxima die
Iouis, quæ erit sexta Nouembris, hora media
octauæ, in Scholis Canonistarum.

INGOLSTADII EX TYPOGRAPHIA VVEISSENHORNIANA.

MAGNIFICO ET NOBILI VIRO D.

VIGILIO BRANDIO I. V. D. CLARISS: ET ILLVSTRIS: POTENTISS: Principis ALBERTI, Comitis Palatini Rheni, ac vniuersi Palatinus etc. Consiliario



Venerabilis in christo pater, Magnifice Domine Consiliario rationes coram, qui ff. sanctam... (The main body of the Latin text, written in a dense, historical script.)

Dixit impetrato auxilio, A nunciatus claris: & excellentibus, Decano, ceterisq; facultatis iuridice Professoribus confectis: Paterfamilias Nigandus, I. V. D. ac Iurisdictionum Professor ordinario, Confessoris de fender conuictus, R. O. Belgae.

DISPUTATIO LEGIS COR: DE SICARIIS.

1. Quod si quis... 2. Quod si quis... 3. Quod si quis... (The beginning of the legal treatise, containing numbered paragraphs of Latin text.)

IMPERTINENTES CONCLUSIONES.

Distinguitur haec Theles, (suae Deo) proxima die... (A section of text, possibly a preface or introduction to a specific part of the work.)

occur in Scholis Canonistarum. Louis duc erit lecta Novebris, hora media... (Additional text at the bottom of the page, including a date and location.)

1. Quod si quis... 2. Quod si quis... 3. Quod si quis... (Continuation of the numbered paragraphs from the main text.)